



LECTORI BENEVOLO

Salutem omnigenam!

Promiseram in præfatione I-
deæ dispositionum Penta-
teuchi, si labor iste Lectori
arriserit, Deus verò Opt. Max. in
cujus manibus sunt tempora no-
stra, vitam vires & sanitatem
concesserit, Ideæ Biblicæ per sub-
sequentes libros Historicos, à
Josuâ ad Esther usque omnes,
Homileticè sive summariis Ho-
miliis ad populum explicatos,
continuationem.

Cum itaque promissa, quæ
nec vi nec dolo malo facta sunt,
vel Tullio monente, sint servan-
da, & ut idem loquitur, quod
affirmativè, quasi DEO teste,
a 2 pro-